



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

LXXXI. Der Papst Jnnocenz IV. heißt dem Bischofe in Brandenburg, gegen die Bedrückungen, welche Kirchen erleiden, nach seiner Pflicht zu verfahren, am 7. August 1251.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

ficam appellatione postposita compescendo. Datum Lugduni, III. Kal. Octobr., pontificatus nostri anno septimo.

Nach dem Originale.

LXXXI. Der Papst Innocenz IV. heißt dem Bischöfe in Brandenburg, gegen die Bedrückungen, welche Kirchen erleiden, nach seiner Pflicht zu verfahren, am 7. August 1251.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo Brandenburgensi, salutem et apostolicam benedictionem. Petitio tua nobis exhibita continebat, quod nonnulli, qui gloriantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis, Brandenburgensem et alias ecclesias Brandenburgensis civitatis et diocesis ac personas ecclesiasticas indebitis exactionibus aggravantes, indebita et inconsueta servitia contra justitiam ab eis exigunt et extorquent, bona quoque clericorum, cum decedunt, pretextu prave consuetudinis sibi usurpant, pro sue libito voluntatis in animarum suarum periculum et derogationem ecclesiastice libertatis, quare nobis humiliter supplicasti, ut providere super hoc paterna providentia curaremus; quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus super premisis libere officii tui debitum exequaris. Datum Mediolani, VII. Id. Aug., pontificatus nostri anno nono.

Nach dem Originale.

LXXXII. Der Papst Innocenz IV. nimmt das Domcapitel in Brandenburg in seinen besondern Schutz, am 7. August 1251.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo et dilectis filiis, preposito et capitulo Brandenburgensi. — Vestris — justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et Brandenburgensem ecclesiam cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum justis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, specialiter autem terras, possessiones, domos et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Mediolani, VII. id. Augusti, pontificatus nostri anno nono.

Nach dem Originale.

LXXXIII. Der Papst Innocenz IV. schreibt dem Bischöfe in Naumburg, daß er den Bischof und das Domcapitel in Brandenburg unter seinen besondern Schutz genommen, am 7. Aug. 1251.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo Nuemburgensi, salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis fratris nostri episcopi et dilectorum filiorum,
 Hauptst. I. Bb. VIII. 21